Herculem prius, deinde cum Atridis. Nūc ô Musa [agita currū] mihi [altiùs] à terra. Memora quinam Cygnum, quinam Hectorē interfecerint, & ducē exercitus AEthiopū intrepidū Memnonē, ære perniciosum: quis uerò strenuum Telephū uulnerauerit sua hasta ad ripas Caici. [Illi nimirū] quibus os [omnium] exhibet AEginam patriam, illustrem insulā. AEdificata est autē iādudum turris altis uirtutibus ad ascendendum. Multa mihi rectiloqua lingua habet tela ad resonandū circa illū. & nunc quoque in bello Salamis urbs Aiacis testari possit [uirtutem AEginetarū] constabilita per nautas, * in Iouis imbre multis exitiali, infinitorū hominū grādinea cæde. Sed tamē gloriationē in sperge tacitê. Iupiter hæc & illa tribuit, Iupiter [inquā] omniū dominus. & huiusmodi honorifica facta tanquam melle amabili,*

καλλίνικον χάρμ' ἀγαπά-
ζοντι. μαρνάσθω τις ἔρδων
ἐπῳ. κῶλ. ια.
ἀμφ' ἀέθλοισιν, γνῶναι Κλεονίκου
“ ἐκ μαθών. οὔ τοι τετύφλωται μακρὸς
“ μόχθος ἀνδρῶν, οὐδ' ὁπόσαι δαπάναι
“ ἐλπίδων ἔκνισ' ὄπιν.
αἰνέω καὶ Πυθέαν ἐν γυιοδάμαις
Φυλακίδᾳ πλαγᾶν δρόμον εὐθυπορῆ-
χερσὶ δεξιόν, νόῳ ἀντίπαλον. [σαι
λάμβανέ οἱ στέφανον·
φέρε δ' εὔμαλλον μίτραν,
καὶ πτερόεντα νέον
σύμπεμψον ὕμνον.

ΦΥΛΑΚΙΔΑι ΠΥΘΕΑ, Εὐθυμενεῖ μάτρωι. Εἶδος ϛ.

στροφ. α, κῶλ. ιζ.

Θάλλοντος ἀνδρῶν ὡς ὅτε συμπο-
σίου,
δεύτερον κρατῆρα μοισέων μελέων

ouatione ob præclaram uictoriam delectãtur. Prælietur [alius] quispiã res gerẽs circa certamina, gentem Cleonici ubi cognouerit. Non" inuolutus est cæcis tenebris lõgus" labor uirorũ, nec sumptus quicũq;" spei sollicitudinem molestia affecerũt. Laudo & Pytheã inter membrorũ domitores [athletas] direxisse cursum plagarũ Phylacidæ, habilẽ & mẽte æqualẽ. Depromc illi coronam, affer & uittam pulchros uillos habentem, & simul mitte nouum hymnum alatum.*

PHYLACIDAE, Pytheæ, Euthymeni, auunculo.

Ode VI.

FLorente uirorum uelut conuiuio, secundum calicem carminum musarum

κίρναμεν Λάμπωνος εὐά-
θλου γενεᾶς ὕπερ. ἐν Νεμέᾳ
μὲν πρῶτον ὦ Ζεῦ τὶν ἄωτον
δεξάμενοι στεφάνων·
νῦν αὖτ' ἐν Ἰσθμοῦ δεσπότᾳ
Νηρεΐδεσσί τε πεντή-
κοντα παίδων ὁπλοτάτου
Φυλακίδα νικῶντος· εἴη δὲ τρίτον
σωτῆρι πορσαίνοντας Ὀλυμ-
πίῳ, Αἴγιναν κατα-
σπένδειν μελιφθόγγοις ἀοιδαῖς.

ἀντιστροφ. κῶλ. ιγ.

“εἰ γάρ τις ἀνθρώπων δαπάνᾳ τε χαρείς
“καὶ πόνῳ πράσσει θεοδμάτους ἀρετάς,
“σύν τέ οἱ δαίμων φυτεύει
“δόξαν ἐπήρατον, ἐσχατιαῖς
“ἤδη πρὸς ὄλβου βάλλετ' ἄγκυ-
“ραν, θεότιμος ἐών.
τοίαισιν ὀργαῖς εὔχεται
ἀντιάσαις Ἀΐδαν γῆ-
ράς τε δέξασθαι πολιὸν
ὁ Κλεονίκου παῖς. ἐγὼ δ' ὑψίθρονον
Κλωθὼ κασιγνήτας τε προσεν-
νέπω, σπέσθαι κλυταῖσιν

*miſcemus progenie Lamponis ſtrenua certatrice: Apud Nemeam enim primùm ô Iupiter tuarum florẽ adepti coronarũ: nunc autem apud Iſthmum, domino [eius] & Nereidibus quinquaginta victoria potiente Phylacida minimo natu filio eum [Lamponis.] cõtingat autem, tertiũ ſeruatori Olympio propinantes, AEginã mellifonis cantibus perfundere [tanquam] libamentis. *Si » quis enim hominum ſumptu dele- » ctatus & labore, exercet à deo ſtru » ctas virtutes, ſimulque deus illi » amabilem gloriam ſerit, iam ad » ultimos fines felicitatis [appellens] » anchoram iecit, diuinitus honoratus » exiſtens. Talium morum optat com » pos factus Cleonici filius, orcũ ſenectámque canam excipere. Ego autem alto ſolio inſidentem Clotho ſororéſque parcas oro ut ſequantur nobiles*

ἀνδρὸς φίλου μοίρας ἐφετμαῖς·

ἐπω. κῶλ. ια.

ὔμμε τ' ὦ χρυσάρματοι Αἰακίδαι,
τέθμιόν μοι φαμὶ σαφέστατον εἶναι,
τάνδ' ἐπιστείχοντα νᾶσον,
ῥαινέμεν εὐλογίαις.
μυρίαι δ' ἔργων καλῶν
τέτμηνθ' ἑκατόμπεδοι ἐν σχερῷ κέλευ[θοι,
καὶ πέραν Νείλοιο παγᾶν,
καὶ δι' Ὑπερβορέους. οὐδ' ἔστιν οὕτω
βάρβαρος οὔτε παλίγγλωσσος πόλις,
ἅτις οὐ Πηλέος ἀΐει κλέος
ἥρωος, εὐδαίμονος γαμβροῦ θεῶν·

στρο. β, κῶλ. ιγ.

οὐδ' ἅτις Αἴαντος Τελαμωνιάδα,
καὶ πατρὸς, τὸν χαλκοχάρμαν ἐς πόλεμον
ἄγε σὺν Τιρυνθίοισι,
πρόφρονα σύμμαχον ἐς Τροΐαν ἥ-
ρωσιν μόχθων, Λαομεδοντί-
αν ὑπὲρ ἀμπλακίαν,
ἐν ναυσὶν Ἀλκμήνας τέκος.
εἷλεν δὲ Περγαμίαν, πέ-
φνεν δὲ σὺν κείνῳ Μερόπων
τ' ἔθνεα καὶ τὸν βουβόταν οὔρεϊ ἴσον

chari uiri preces: ★ *& uos ô* AEaci*dæ aureis curribus insignes, asper gere præconiјs, quũ in hanc insulã uenio, dico mihi ritum legitimũ esse certissimũ.* I*nfinitæ autem facinorum præclarorum uiæ, patentes per spatium centum pedum, sectæ sunt ordine, & ultra* N*ili fontes, & per* H*yperboreos* [*neque est ulla*] *adeo barbara urbs & lingua* [*Græcæ*] *cõtraria* [*utens*] *quæ nõ audiat gloriam* P*elei herois, beati deorum generi:* ★ *&* A*iacis* T*elamoniadæ & patris, quem* A*lcmenæ filius duxit in nauibus ad* T*roiam, cum* T*irynthiјs in prælium ære gaudens, promptum socium heroum ad labores, pro* L*aomedontio delicto. expugnauit autem* P*ergama, & interfecit* [*existens*] *unà cum illo,* [T*elamone*] *hominum gentes, &* A*lcyonea bubulcum* [*procerum*] *instar montis,*

Φλεγραῖσιν εὑρὼν Ἀλκυονῆ·
σφετέρας δ' οὐ φείσατο χερσὶ
βαρυφθόγγοιο νευρᾶς

ἀντιστρ. κῶλ. ιγ'.

Ἡρακλέης ἀλλ' Αἰακίδαν καλέων,
ἐς πλόον κήρυξε πάντων δαινυμένων.
τὸν μὲν ἐν ῥινῷ λέοντος
στάντα κελήσατο νεκταρέαις
σπονδαῖσιν ἄρξαι καρτεραίχμαν
Ἀμφιτρυωνιάδαν.
ἀνδῶκε δ' αὐτῷ φέρτατος
οἰνοδόκον φιάλαν χρυ-
σῷ πεφρικυῖαν Τελαμών.
ὁ δ' ἀντείνας οὐρανῷ χεῖρας ἀμάχους
αὔδασε τοιοῦτον ἔπος, Εἴ
ποτ' ἐμᾶν, ὦ Ζεῦ πάτερ,
θυμῷ θέλων ἀρᾶν ἄκουσας,

ἐπῳδ. κῶλ. ια.

νῦν σε νῦν εὐχαῖς ὑπὸ θεσπεσίαις
λίσσομαι, παῖδα θρασὺν ἐξ Ἐριβοίας
ἀνδρὶ τῷδε, ξεῖνον ἁμὸν,
μοιρίδιον τελέσαι·
τὸν μὲν ἄρρηκτον φυάν, [ται
ὥσπερ τόδε δέρμα με νῦν περιπλανᾶ

nactus [eum] apud Phlegras: nec [habuit] *Hercules manus parcêtes neruo [arcus] grauisono. AEacidê autem aduocans, nauigationê indixit uoce præconis, dum omnes epularentur. qui [AEacides] Amphitryoniaden hastipotentê, quũ constitisset in exuuio leonis, hortatus est auspicari nectareas libationes. porrexitq; illi præstantissimus Telamon pateram uini exceptricem, auro rigentem. Ille autem, sublatis in cælum manibus inexpugnabilibus, protulit tale quoddam dictum, Si unquam ô Iupiter pater, meam lubens precationem exaudisti, *nunc tibi nunc [unquam] precibus sacris supplico, hunc uiro filiũ audacem ex Eribœa fatalem exhibere, [futurum] hospitem nostrum: & illum [esse] habitu corporis infractũ, quemadmodum hoc exuuiũ me nunc circuit

θηρὸς, ὃν πάμπρωτον ἄθλων [σθω.
κτεῖνά ποτ' ἐν Νεμέᾳ. θυμὸς δ' ἐπέ-
ταῦτ' ἄρα οἱ φαμένῳ πέμψεν θεὸς
ἀρχὸν οἰωνῶν μέγαν αἰετόν.
ἁδεῖα δ' ἔνδον μιν ἔκνιξεν χάρις·

στροφ. γ, κῶλ. ιγ.

εἶπέν τε φωνήσαις, ἅτε μάντις ἀνήρ,
ἔσσεταί τοι παῖς ὃν αἰτεῖς ὦ Τελα-
καί νιν ὄρνιχος φανέντος [μών.
κέκλετ' ἐπώνυμον εὐρυβίαν
Αἴαντα, λαῶν ἐν πόνοις ἔκ-
παγλον Ἐνυαλίου.
ὣς ἄρα εἰπὼν, αὐτίκα
ἕζετ. ἐμοὶ δὲ μακρὸν πά-
σας ἀγήσασθαι ἀρετάς.
Φυλακίδᾳ γὰρ ἦλθον μοῖσα ταμίας
Πυθέᾳ τε κώμων, Εὐθυμένει
τε. τὸν Ἀργείων τρόπον,
εἰρήσεταί που κ' ἐν βραχίστοις.

ἀντιστρ. κῶλ. ιγ.

ἄραντο γὰρ νίκας ἀπὸ παγκρατίου,
τρεῖς ἀπ' Ἰσθμοῦ, τὰς δ' ἀπ' εὐφύλλου
ἀγλαοὶ παῖδές τε καὶ μά- [Νεμέας
τρωες. ἂν δ' ἄγαγον ἐς φάος οἵ-

*feræ, quam ego apud Nemeam interfeci, primum omnium laborum: animositas autem sit comes. Hæc illi loquuto misit deus ducem auium magnam aquilam: & dulce intus illum titillauit gaudium: * & dixit loquutus, ut uir uates, Erit tibi filius quem petis Telamon. & eũ aquilæ quæ apparuerat cognomine appellauit Aiacem latepotẽtem stupendum in laboribus turmarum Martiarum. Sic loquutus, statim consedit. Mihi autem lõgum omnes commemorare uirtutes. Phylacidæ enim ueni ô musa & Pytheæ dispensator hymnorum chorealium, nec non Euthymeni. Dicetur ergo paucissimis [uerbis] Argiuorum more. Reportarunt igitur uictorias ex pancratio, tres ab Isthmo, illas autem à Nemea folia pulchra habente illustres filij & auunculi. Qualem autem in lucem produxe-*

ἂν μοῖραν ὕμνων. τὰν Ψαλυχιά-
δᾶν δὲ πάτραν Χαρίτων
ἄρδοντι καλλίστα δρόσω·
τόν τε Θεμιστίου ὀρθώ-
σαντες οἶκον, τάνδε πόλιν
θεοφιλῆ ναίοισι. Λάμπων δὲ μελέταν
ἔργοις ὀπάζων, Ἡσιόδου
μάλα τιμᾷ τοῦτ' ἔπος,
υἱοῖσί τε φράζων παραινεῖ,

ἐπω. κώλ. ια.

ξυνὸν ἄστει κόσμον ἑῷ προσάγων·
καὶ ξείνων εὐεργεσίαις ἀγαπᾶται,
μέτρα μὲν γνώμα διώκων,
μέτρα δὲ καὶ κατέχων·
γλῶσσα δ' οὐκ ἔξω φρενῶν.
φαίης κέ νιν ἄνδρ' ἐν ἀεθληταῖσιν ἔμμεν
Ναξίαν πέτραις ἐν ἄλλαις
χαλκοδάμαντ' ἀκόναν. πίσω σφὲ Δίρ-
ἁγνὸν ὕδωρ, τὸ βαθύζωνοι κόραι [κας
χρυσοπέπλου Μναμοσύνας ἀνέ-
τειλαν παρ' εὐτειχέσι Κάδμου πύλαις.

runt hymnorum sortem: sed & Psalychiadarum tribum irrigant pulcherrimo Gratiarum rore. Themisthique post quam rectè constituerunt domum, hanc urbem dijs charam habitant. Lampon autem studium & diligentiam adhibens rebus gerendis, maximè honorat Hesiodi hũc uersum, & filijs recensens hortatur, communе ciuitati suæ decus afferens: & hospitum benefactis amatur, mediocritatem animo persequens, & mediocritatem retinens. lingua autem non [est] seorsum à mẽte. Diceres illum uirum inter athletas esse Naxiam cotem, æris domitricem inter alios lapides. Potabo eos Diræs pura aqua, quam altè succinctæ filiæ Mnemosynes aurea ueste ornatæ produxerunt iuxta benestructas Cadmi portas.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗι

Θηβαίῳ, παγκρατίῳ.

Εἶδος Ζ.

στροφὴ α, κῶλ. ιε.

Τίνι τῶν πάρος, ὦ μάκαιρα Θήβα,
καλῶν ἐπιχωρίων μάλιστα θυ
μὸν τεὸν
εὔφρανας; ἦ ῥα χαλκοκρότου πάρεδρον
Δαμάτερος, ἀνίκ' εὐρυχαίταν
ἄντειλας Διόνυσον· ἢ
χρυσῷ μεσονύκτιον
νίφοντα δεξαμένα
τὸν φέρτατον θεῶν,

ἀντιστροφὴ κῶλ. ιε.

ὁπότ' Ἀμφιτρύωνος ἐν θυρέτροις
σταθεὶς, ἄλοχον μετῆλθεν Ἡρακλείοις
γοναῖς;
ἢ ὅτ' ἀμφὶ Τειρεσίαο πυκιναῖς βουλαῖς
ἢ ὅτ' ἀμφ' Ἰόλαον ἱππόμητιν,
ἢ σπαρτῶν ἀκαμαντολογ-
χᾶν· ἢ ὅτε καρτερᾶς
Ἄδραστον ἐξ ἀλαλᾶς

STREPSIADÆ Thebano, uictoriã adepto pancratio.

Ode VII.

QVónam præteritorum ornamentorum patriorum, ô beata Theba, maximè animum tuum oblectasti? an quũ in lucem edidisti Bacchũ laticomum, æris strepæ assessorem Cereris? an quum excepisti media nocte præstãtissimum deorũ auro ningentẽ? *quũ Amphitruonis in ualuis stans, ad uxorẽ [eius] accessit cũ semine generaturo Herculẽ. An quũ Tiresiæ callido cõsilio, an quũ Iolao rei equestris perito [te oblectasti?] an [propter] Spartos infatigabiles hastæ? an quum Adrastũ ualido ex tumultu belli

ἄμπεμψας, ὀρφανὸν

ἐπῳ. κῶλ. ν.

μυρίων ἑταίρων, εἰς Ἄργος ἵππιον;
ἢ Δωρίδ᾽ ἀποικίαν ἡνίκ᾽ ὀρθῷ
ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ
Λακεδαιμονίων· ἕλον δ᾽ Ἀμύκλας
Αἰγεῖδαι σέθεν ἔκγονοι,
μαντεύμασι Πυθίοις;
«ἀλλὰ παλαιὰ γὰρ εὕδει
«χάρις· ἀμνάμονες δὲ βροτοί,

στροφ. κῶλ. ι.

«ὅ, τι μὴ σοφίας ἄωτον ἄκρον
«κλυταῖς ἐπέων ῥοαῖσιν ἐξίκηται ζυγέν.
κώμαζ᾽ ἔπειτ᾽ ἐν ἀδυμελεῖ σὺν ὕμνῳ
καὶ Στρεψιάδᾳ· φέρει γὰρ Ἰσθμοῖ
νίκαν παγκρατίου. σθένει
τ᾽ ἔκπαγλος, ἰδεῖν τε μορ-
φάεις, ἄγει τ᾽ ἀρετὰν
οὐκ αἴσχιον φυᾶς.

ἀντιστρ. κῶλ. ι.

φλέγεται δ᾽ ἰοπλοκάμοισι μοίσαις, πάτρωΐ θ᾽ ὁμωνύμῳ δέδωκε κοινὸν θάλος,
χάλκασπις ᾧ πότμον μὲν Ἄρης ἔμιξε,
τιμὰ δ᾽ ἀγαθοῖσιν ἀντίκειται.

remisisti orbatū* infinitis sociis ad Argos equestre? An quando Doricam coloniam recto constituisti in talo Lacedæmoniorum, cæperúntque Amyclas AEgidæ tui progenitores oraculis Pythicis? Sed enim ue„ tus dormit beneficium, immemo-„ résque [sunt] mortales [eius rei]„ * quæ non peruenerit ad florem„ summum sapientiæ, inclytis carmi„ num fluentis immixta. Saltatio-„ nem igitur institue Strepsiadæ, dulcisono cum hymno. reportat enim apud Isthmum uictoriam pancratij, & robore stupendus, & aspectu formosus: & tractat uirtutem non minus decore quàm [postis let] indoles. *Fulgorem uerò accipit & à Musis uiolaceum capillitium habentibus, & auunculo cognomini dedit commune decus, cui mortem Mars æreo clypeo insignis attulit: sed honor præclaris [eius factis] ex aduerso respondet

«« ἴστω γὰρ σαφὲς ὅστις ἐν
«« ταύτᾳ νεφέλᾳ χάλα-
«« ζαν αἵματος πρὸς φίλας
«« πάτρας ἀμύνεται,

ἐπῳ.κῶ.η.

«« λοιγὸν ἀμύνων ἐναντίῳ στρατῷ
«« ἀστῶν, γενεᾷ μέγιστον κλέος αὔξων
«« ζώων τ' ἀπὸ καὶ θανών.
τὺ δὲ Διοδότοιο παῖ, μαχατὰν
αἰνέων Μελέαγρον, αἰ-
νέων δὲ καὶ Ἕκτορα,
Ἀμφιάραόν τ', εὐαν-
θέ' ἀπέπνευσας ἁλικίαν,

στροφ.γ.κῶλ.η.

προμάχων ἀν' ὅμιλον, ἔνθ' ἄριστοι
ἔσχον πολέμοιο νεῖκος, ἐσχάταις ἐλπίσιν,
ἔτλαν δὲ πένθος οὐ φατόν. νῦν δ' ἐμοὶ
γαιάοχος εὐδίαν ὄπασεν
ἐκ χειμῶνος. ἀείσομαι,
χαίταν στεφάνοισιν ἁρ-
μόζων. ὁ δ' ἀθανάτων
μὴ θρασσέτω φθόνος,

ἀντιστρ.κῶλ.η.

ὅτι τερπνὸν ἐφάμερον διώκων,

Sciat enim certò quicunque in »
hac nube grandinem sanguinis »
à chara patria propulsat, *exi»
tium à ciuibus depellens per con»
trarium exercitum, stirpi se»
maximam gloriam accumula-»
re, & dum uiuet & quum ob-»
ierit. Tu autem fili Diodoti, æ-»
mulans laudes Meleagri, æmu
lánsque laudes Hectoris at-
que Amphiarai, floridam expi
rasti ætatem, *in turba pugnan
tium in prima acie: ubi stre-
nuissimi sustinuerunt belli con-
tentionem, extrema spe, pertu-
lerúntque luctum non enarra
bilem. At nunc terram conti-
nens [Neptunus] serenitatem
præbuit post tempestatem. Can
tabo, comam coronis aptans. Im-
mortalium autem non contur-
bet inuidia, *quòd oblectatio-
nem quotidianam persequens,

ἕκαλος ἔπειμι γῆρας, ἔς τε τὸν μόρσιμον
„ αἰῶνα. θνάσκομεν γὰρ ὁμῶς ἅπαντες·
„ δαίμων δ᾽ ἄϊσος. τὰ μακρὰ δ᾽ εἴ τις
„ παπταίνει, βραχὺς ἐξικέ-
„ σθαι χαλκόπεδον θεῶν
„ ἕδραν· ὅ τοι πτερόεις
„ ἔρριψε Πάγασος

ἐπῳδ. κῶλ. η.

„ δεσπόταν ἐθέλοντ᾽ ἐς οὐρανοῦ σταθμοὺς
„ ἐλθεῖν μεθ᾽ ὁμάγυριν Βελλεροφόνταν
„ Ζηνός. τὸ δὲ πὰρ δίκαν
„ γλυκὺ πικροτάτα μένει τελευτά.
ἄμμι δ᾽ ὦ χρυσέᾳ κόμᾳ
θάλλων πόρε Λοξία,
τεαῖσιν ἁμίλλαισιν εὐαν-
θέα καὶ Πυθοῖ στέφανον.

ΚΛΕΑΝΔΡΩι

Αἰγινήτῃ.

Εἶδος Η.

διαίρεσις α, κῶλ. κβ.

Κλεάνδρῳ τις ἁλικίᾳ τε, λύτρον
εὔδοξον, ὦ νέοι, καμάτων,

quietus accedo ad senectutem & ad fatale tempus. Morimur enim »
pariter omnes : sed sors in obscuro »
posita est. Quòd siquis longinqua »
prospiciat, breuis est ad peruenien- »
dum in deorum sedem æreum pa- »
uimentũ habẽtem : quum alatus »
Pegasus *excusserit* dominũ* Belle- »
rophontem uolentem ad cæli stati- »
ones uenire, ad concilium Iouis. »
Exitus autem amarissimus manet »
dulcedinem iniquam. Nobis *uerò »*
ô Loxia *florens coma aurea, præ-*
be pulchrè florentem coronam tuis
certaminibus etiã apud Pythonẽ.

CLEANDRO
AEginetæ.
Ode VIII.

CLeandro *aliquis & iuuentu- tis eius pretium gloriosum redemptionis à laboribus (ô iuuenes)*

παιδὸς ἀγλαὸν Τελεσάρχου
παρὰ πρόθυρον ἰὼν, ἀγειρέτω
κῶμον, Ἰσθμιάδος τε νίκας
ἄποινα, καὶ Νεμέᾳ
ἀέθλων ὅτι κράτος
ἐξεῦρε. τῷ καὶ ἐγὼ,
καίπερ ἀχνύμενος
θυμὸν, αἰτέομαι
χρυσέαν καλέσαι
μοῖσαν. ἐκ μεγάλων
δὲ πενθέων λυθέντες,
μήτ᾽ ἐν ὀρφανίᾳ πέσωμεν
στεφάνων, μήτε κά-
δεα θεράπευε· παυ-
σάμενοι δ᾽ ἀπρήκτων κακῶν,
γλυκύ τι δαμωσόμεθα,
καὶ μετὰ πόνον· ἐπει-
δὴ τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς
γε Ταντάλου λίθον παρά τις ἔ-
τρεψεν ἄμμι θεὸς,
διαίρεσις β. κῶλ. κβ.
ἀτόλματον Ἑλλάδι μόχθον. ἀλλ᾽ ἐ-
μοὶ δεῖμα μὲν παροιχομένων
καρτερὰν ἔπαυσε μέριμναν·

[videlicet] choreale hymnũ, præmiũ Isthmiacæ victoriæ, & [eius quæ parta est] apud Nemeam, colligat, patris Telesarchæ ad uestibulum profectus: quoniam certaminum uictoriam adeptus est. Cui & ego, quamuis mœstus animo, auream inuocare musam poscor. Magnis igitur luctibus liberati, neque in orbitatem coronarum cadamus, neque mœrores foue: sed fine imposito malis inutilibus, dulce aliquid in publicum proferamus, etiam post ærumnam. quoniam lapidem Tantaleum supra caput [impendentem] auertit nobis aliquis deus, * laborem non audendum Græciæ. Sed mihi metus de præteritis grauem sedauit solicitudinem,

«« τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄρειον αἰεὶ
«« χρῆμα πᾶν. δόλιος γὰρ αἰὼν
«« ἐπ' ἀνδράσι κρέμαται
«« ἑλίσσων βιότου πόρον.
«« ἰατὰ δ' ἐστὶ βροτοῖς
«« σύν γ' ἐλευθερίᾳ
«« καὶ τά. χρὴ δ' ἀγαθὰν
«« ἐλπίδ' ἀνδρὶ μέλειν.
χρὴ δ' ἐν ἑπταπύλοι-
σι Θήβαις τραφέν-
τ', Αἰγίνᾳ χαρίτων ἄωτον
προνέμειν. πατρὸς οὕ-
νεκα δίδυμαι γένον-
το θυγατέρες Ασωπίδων
ὁπλόταται, Ζηνί τ' ἅ-
δον βασιλῆϊ. ὃ τὰν
μὲν παρὰ καλλιρόῳ
Δίρκᾳ φιλαρμάτου πόλιος ᾤ-
κισσεν ἁγεμόνα·

διαίρεσις γ. κώλ. κβ.

σὲ δ' ἐς νᾶσον Οἰνοπίαν ἐνεγκὼν
κοιμᾶτο, δῖον ἔνθα τίκες
Αἰακὸν βαρυσφαράγῳ πα-
τρὶ κεδνότατον ἐπιχθονίων, ὃς καὶ

*Res autem omnis quae est ante pedes, praestantior semper. dolosum enim aeuum hominibus impendet voluens uitae cursum. Sanabilia autem sunt mortalibus etiam illa, cum libertate quidem: sed oportet bonam spem homini curae esse. Oportet autem apud septiportes Thebas nutritum, AEginae tribuere florem gratiarum: quoniam geminae natae sunt filiae patre [eodem] minimae natu filiarum Asopi. Iouique placuerunt regi: qui alteram quidem apud Dircen pulchrifluā collocauit, ducem urbis curruum studiosae, * te autem in insulam OEnopiam quum tulisset, dormiebat [tecum:] diuinum ubi peperisti AEacum graui strepo patri, honoratissimum mortalium, qui etiam*

δαιμόνεσσι δίκας ἐπείραι-
νε. τῶν μὲν ἀντίθεοι
ἀρίστευον υἱέες,
υἱέων τ' ἀρηΐφιλοι
παῖδες, ἀνορέᾳ
χάλκεον στονόεν-
τ' ἀμφέπειν ὅμαδον·
σώφρονές τ' ἐγένον-
το, πινυτοί τε θυμόν.
ταῦτα καὶ μακάρων ἐμέμναν-
τ' ἀγοραί, Ζεὺς ὅτ' ἀμ-
φὶ Θέτιος, ἀγλαός
τ' ἔρισαν Ποσειδᾶν, γάμῳ
ἄλοχον εὐειδέα θέ-
λων ἑκάτερος ἑὰν
ἔμμεν'· ἔρως γὰρ ἔχεν.
ἀλλ' οὔ σφιν ἄμβροτοι τέλεσαν εὐ-
ναν θεῶν πραπίδες,

διαίρεσις δ.

ἐπεὶ θεσφάτων ἤκουσαν. εἶπε
δ' εὔβουλος ἐν μέσοισι Θέμις,
εἵνεκεν πεπρωμένον ἦν φέρ-
τερον γόνον ἄνακτα πατρὸς τεκεῖν
ποντίαν θεόν, ὃς κεραυνοῦ

dijs lites finiebat. Cuius quidem filij dijs pares & martiales nati natorũ anteibant, omnes fortitudine ad administrandum strepitum æneum lacrymosum: temperãtes quoque fuerunt, & prudentes animo. Hæc meminerũt etiam cælitum concilia, quum Iupiter & Neptunus *illustris contenderũt de* Thetidis *nuptijs, uterque uolens uxorem formosam suam esse. amor enim tenebat [eos]. sed imortales deorũ mẽtes nõ confecerũt ipsis cõiugium,* **quoniã oracula audierãt.* Dixit e*nim cõsilio ualẽs* The*mis in medio [eorũ], quòd fato decretũ erat marinã deã parere filiũ futurũ regẽ præstãtiorem patre, q*

τε κρέσσον ἄλλο βέλος
διώξει χερὶ, τριό-
δοντός τ' ἀμαιμακέτου,
Διΐ μισγομέναν,
ἢ Διὸς παρ' ἀδελ-
φοῖσιν. ἀλλὰ τὰ μὲν
παύσατε· βροτέων
δὲ λεχέων τυχοῖσα,
υἱὸν εἰσιδέτω θανόντα
ἐν πολέμῳ, Ἀρεΐ
χεῖρας ἐναλίγκιον,
στεροπαῖσί τ' ἀκμὰν ποδῶν.
τὸ μὲν ἐμὸν, Πηλεΐ θεό-
μοιρον ὀπάσαι γάμου
Αἰακίδᾳ γέρας, ὅν-
τε ὐσεβέστατόν φασ' Ἰαωλ-
κοῦ τράφειν πεδίον.

διαίρεσις ε.

ἰόντων δ' ἐς ἄφθιτον ἄντρον εὐθὺς
Χείρωνος αὐτίκ' ἀγγελίαι·
μηδὲ Νηρέος θυγάτηρ νει-
κέων πέταλα δὶς ἐγγυαλιζέτω
ἄμμιν· ἐν διχομηνίδεσσι
δὲ ἑσπέραις ἐρατὸν

manu agitaret aliud telum potentius fulmine tridentéque inexpugnabili, si [illa] concumberet cum Ioue aut Iouis fratribus. Sed hæc missa facite. Mortales autem toros adepta, filium intueatur interfectum in prælio, similem Marti manibus, uigore autem pedum [similem] fulguribus. Meum [est] Peleo AEacidæ dare munus honorarium nuptiarum, deorum fato approbatum, quem piissimum aiunt Iaolci in campo educatum esse.

**Eant autem protinus nuntia ad immortale antrum Chironis, neq; Nerei filia bis tradat nobis folia controuersiarum, sed uespera plenilunii amabile*

soluat frænum uirginitatis sub heroe. Sic loquuta est compellans Saturnios dea. at illi superciliis immortalibus annuerunt [dictis illius.] Nec fructus uerborum perijt. dicunt enim regem simul confectas curasse etiam nuptias Thetidis, & ora doctorum innotescere fecerunt iuuenilem uirtutem Achillis iis qui ignari erant [illius.] quòd & Mysiū campū uitiferū cruētauerit, aspergēs sanguine Telephi: & pontem strauerit reditus Atridarū, Helenāq; soluerit, Troianos neruos excindens hasta, qui ipsum auertebāt quondam à pugna uirorum interfectricæ, opus [bellicum] in campo exercētem: Memnonéq; robore magnanimo [præditum,] Hectorémq;

τ', ἄλλους τ' ἀριστέας· οἷς
δῶμα Περσεφόνας
μανύων Ἀχιλλεύς,
οὖρος Αἰακιδᾶν,
Αἴγιναν σφετέραν
τε ῥίζαν πρόφαινε.
τὸν μὲν οὔτε θανόντ' ἀοιδαὶ
ἔλιπον, ἀλλά οἱ
παρά τε πυρὰν τάφον
θ' Ἑλικώνιαι παρθένοι
ἔσταν, ἐπὶ θρῆνόν τε πο-
λύφαμον ἔχεαν. ἔδο-
ξεν ἄρα δ' ἀθανάτοις
ἐσλόν γε φῶτα καὶ φθίμενον ὕ-
μνοις θεᾶν διδόμεν.

διαίρεσις ζ.

τὸ καὶ νῦν φέρει λόγον, ἔσσυταί τε
μοισαῖον ἅρμα Νικοκλέος
μνᾶμα πυγμάχου κελαδῆσαι,
γεραίρετέ μιν, ὃς Ἴσθμιον ἂν νάπος
Δωρίων ἔλαχε σελίνων.
ἐπεὶ περικτίονας
ἐνίκασε δή ποτε
καὶ κεῖνος ἄνδρας, ἀφύ-

cæteróſque eximios pugnatores. quibus Achilles princeps AEacidarū indicans domum Proſerpinæ, AEginam ſuámque ſtirpem illuſtrauit. Eum certè ne mortuum quidem carmina defecerũt: ſed eius adſtiterunt rogo ſepulchróqueHeliconiæ uirgines: & ſuper eum lamentationem memorabilem fuderunt. Placuit ergo immortalibus ſtrenuum uirũ etiam mortuum hymnis dearum tradere. *Quare & nunc affert celebrationem, & cum alacritate properat muſæus currus ad reſonandum ſepulchrum Nicoclis pugilis, honorãdúmque eum, qui apud Iſthmũ Doricas ſortitus eſt apia: quoniam finitimos uicit olim & ille uiros, ine-

κλωχεῖ κλονέων·
τὸν μὲν οὐ καταλέγ-
χει κριτοῦ γενεὰ
πατραδελφεοῦ. ἁ-
λίκων τῷ τις ἁβρὸν
ἀμφὶ παγκρατίου Κλεάνδρῳ
πλεκέτω μυρσίνας
στέφανον· ἐπεί νιν Ἀλ-
καθόου τ᾽ ἀγὼν σὺν τύχᾳ
ἐν Ἐπιδαύρῳ τε νεό-
τας πρὶν ἔδεκτο· τὸν αἰ-
νεῖν ἀγαθῷ παρέχει.
ἥβαν γὰρ οὐκ ἄπειρον ὑπὸ χει-
ᾷ καλῶν δάμασε.

uitabili manu concutiens. Eum profectò non dedecorat eximiì genus patrum. ideóque coætaneorum aliquis nectat coronam myrti splendidam Cleādro ob [uictoriam] pancratii. siquidē eum Alcathoi certamen cum felici sorte & in Epidauro iuuētus antea excepit: quem laudandum [cuilibet uiro] strenuo præbet. pubertatem enim non expertem præclarorum [facinorum] sub latibulo consumpsit.

ΠΙΝΔΑΡΟΥ

βίος, ὁ προτεταγμένος τῶν εἰς αὐτὸν σχολίων.

Πίνδαρος, τὸ γένος Θηβαῖος, υἱὸς Δαϊφάντου κατὰ τοὺς ἀληθεστέρους· οἱ δὲ, Σκοπελίνου φασίν. οἱ δὲ λέγουσι τὸν αὐτὸν Δαΐφαντον καὶ Σκοπελῖνον· οἱ δὲ, Παγωνίδου καὶ Μυρτοῦς, ἀπὸ κώμης Κυνοκεφάλων. ἡ δὲ Μυρτὼ ἐγαμήθη Σκοπελίνῳ τῷ αὐλητῇ· ὃς τὴν αὐλητικὴν διδάσκων τὸν Πίνδαρον, ἐπεὶ εἶδε μείζονος ἕξεως ὄντα, παρέδωκε Λάσῳ τῷ Ἑρμιονεῖ μελοποιῷ, παρ' ᾧ τὴν λυρικὴν ἐπαιδεύθη. γέγονε δὲ κατὰ τοὺς χρόνους Αἰσχύλου, καὶ συγγέγονεν αὐτῷ. καὶ τέθνηκεν ὅτι τὰ Περσικὰ ἤκμαζεν. ἔσχε δὲ θυγατέρας, Πολυμήτην καὶ Πρωτομάχην. κατῴκει δὲ τὰς Θήβας πλησίον τοῦ ἱεροῦ τῆς

PINDARI VIta, scholiis Græcis præfixa.

Pindarus genere Thebanus, filius Daiphanti, secundum ueraciores. Alij Scopelini [filium] tradunt. Nonnulli uerò eundem dicunt Daiphantum & Scopelinum. Sunt qui [filium dicunt] Pagonidæ & Myrtûs, è uico Cynocephalorum. Myrtô autem maritum habuit Scopelinum tibicinem: qui docens Pindarum artem tibiarum, postquam animaduertit maioris indolis esse, tradidit Laso Hermioneo lyrico, à quo lyricam artem edoctus fuit. Extitit autem tempore AEschyli, uersatúsque est cum eo: ac mortuus est quum res Persicæ florerēt. Habuit autem filias duas Polymetin & Protomaché. Incolebat autem Thebas, iuxta templum

μητρὸς τῶν θεῶν Ῥέας τὴν οἰκίαν ἔ-
χων. ἐτίμα δὲ τὴν θεὸν σφόδρα
ὢν εὐσεβέστατος, καὶ τὸν Πᾶνα, καὶ
τὸν Ἀπόλλωνα· εἰς ὃν καὶ πλεῖστα γέ-
γραφεν. νεώτερος δὲ ὢν Σιμωνί-
δου, πρεσβύτερος δὲ Βακχυλίδου.
κατὰ δὲ τὴν τοῦ Ξέρξου κατάβασιν
ἤκμαζε τὴν ἡλικίαν. ἐτιμήθη δὲ
σφόδρα ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων,
διὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος οὕτω φι-
λεῖσθαι ὡς καὶ μερίδα τῶν προσ-
φερομένων τῷ θεῷ λαμβάνειν, καὶ
τὸν ἱερέα βοᾶν ἐν ταῖς θυσίαις Πίν-
δαρον ἐπὶ τὸ δεῖπνον τοῦ θεοῦ. λό-
γος καὶ τὸν Πᾶνα ὀρχήσασθαί ποτε
τὸν αὐτοῦ παιᾶνα, καὶ χαίρειν ᾄδον-
τα τοῦτον ἀεὶ ἐν τοῖς ὄρεσι. φασὶν δὲ
καὶ ὅτι ποτὲ Λακεδαιμόνιοι Βοιω-
τοὺς ἐμπρήσαντες καὶ Θήβας, ἀ-
πέσχοντο μόνης τῆς οἰκίας αὐτοῦ, θε-
ασάμενοι ἐπιγεγραμμένον τόδε τὸν
στίχον, Πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὴν
στέγαν μὴ καίετε. ὅπερ καὶ τὸν Α-

matris deorum Rheæ domicilium habẽs. Colebat uerò deam studiosissimè, ut qui esset piissimus, Panẽ quoque & Apollinem: in quem etiam plurima composuit. Aetate posterior erat Simonide, prior Bacchylide. Tempore descensus Xerxis, ætate florebat. Porro magno in honore fuit apud omnes Græcos, quòd ab Apolline adeo amaretur ut etiam partem eorũ quæ deo offerebantur, acciperet, & sacerdos in sacrificiis Pindarũ uocaret ad cœnam dei. Fama est Panem quoque saltasse aliquando pæanem eius, & solitum libenter eum per montes canere. aiunt etiam Lacedæmonios olim, quum Bœotorum regionẽ incẽdio uastassent & Thebas, ab una eius domo abstinuisse, inscriptum hunc uersum conspicatos, Πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὴν στέγην μὴ καίετε, id est Pindari poetæ tectũ ne cõburite. Quod & A-

λέξανδρον μετὰ ταῦτα φασὶ πεποιηκέναι. καὶ γὰρ οὗτος ἐμπρήσας τὰς Θήβας, μόνης τῆς ἐκείνου οἰκίας ἐφείσατο. ἐχθρωδῶς δὲ διακειμένων τῶν Ἀθηναίων πρὸς τοὺς Θηβαίους, ἐπεὶ εἶπεν ἐν τοῖς αὐτοῦ ποιήμασι, μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι, ἐζημίωσαν αὐτὸν χρήμασιν οἱ Θηβαῖοι, ἅπερ ὑπὲρ ἐκείνου ἔτισαν Ἀθηναῖοι. γέγραπται δ' αὐτῷ ἑπτακαίδεκα βιβλία, ὧν τέσσαρα, ἡ λεγομένη περίοδος, τάδε, τὰ Ὀλύμπια φημὶ, τὰ Πύθια, τὰ Νέμεα, καὶ τὰ Ἴσθμια. ἔστι δὲ τὰ Ὀλύμπια, ἀγὼν εἰς τὸν Δία· τὰ Πύθια, ἀγὼν εἰς τὸν Ἀπόλλωνα· τὰ Νέμεα, ἀγὼν καὶ αὐτὸς εἰς τὸν Δία· τὰ δὲ Ἴσθμια, ἀγὼν εἰς τὸν Ποσειδῶνα. τὰ δὲ ἔπαθλα τούτων, ἐλαία, δάφνη, σέλινον ξηρόν τε καὶ χλωρόν. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἄλλων οὐ χρεία νῦν ἐστι λέγειν· περὶ δὲ τῆς θέσεως τῶν Ὀλυμπίων λεκτέον. τινὲς μὲν

lexander postea fecisse fertur. hic enim quum incendisset Thebas, soli eius domui pepercit. Quum autem infensi Athenienses essent Thebanis, quòd dixisset in suis poematibus, μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι [id est grãdiurbes Athenæ] pecuniariã mulctam illi irrogarunt, quã pro illo Athenienses dependerunt. Scripsit porro libros septemdecim, ex quorum quatuor constat ea quæ uocatur periodus: his uidelicet, Olympiis, Pythiis, Nemeis, & Isthmiis Sunt autem Olympia, certamen in honorem Iouis: Pythia, certamen in honorem Apollinis: Nemea, certamen & ipsum in honorem Iouis. Isthmia uerò, certamen in honorem Neptuni. Quorum præmia, oliua, laurus, apium aridum & uiride. Cæterùm de alijs nihil necesse est nunc uerba facere: at de cõstitutione Olympiorum dicendum est. nonnulli quidẽ

εἰς τὰ περὶ Οἰνόμαον καὶ Πέλοπα ἀναφέρουσιν, ἕτεροι δὲ Ἡρακλεῖ ἀνατιθέασιν. ὃ καὶ Πίνδαρος λέγει, ἐνδοξότερον ποιῶν τὸν ἀγῶνα. ἐπεὶ γὰρ τὴν Αὐγείου κόπρον ἐκάθηρε, καὶ τῆς ἐπαγγελμένης οὐκ ἔτυχε, συναγαγὼν πολλὴν στρατὸν, τόν τε Αὐγείαν φονεύει, καὶ τὴν Ἦλιν παρεστήσατο, καὶ πολλὰ λάφυρα συναγαγὼν, ἀγῶνα τίθησι τοῖς μετ' αὐτοῦ πολεμήσασιν. ὅθεν καὶ τὸ ἔθος διαμεῖναι. ἀλλ' οὐδὲν αὕτη ἔμεινεν ἡ θέσις ἐπὶ τῆς συμβάσης αὐτῷ δυσχερείας. ὑπόμνησις δὲ ἦν. ἀλλ' Ἴφιτός τις καὶ Εὐρύλοχος τοὺς Κιρραίους πολεμήσαντες (οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τὴν παράλιον τῆς Φωκίδος λῃστεὶ κατέχοντες) καὶ πολλὰ λάφυρα συναγαγόντες, ὁ μὲν Ἴφιτος τὰ Ὀλύμπια συνεστήσατο, ὁ δὲ τὰ Πύθια Εὐρύλοχος. καὶ ἐκ τούτου ἐπιμεῖναι τὴν θέσιν συνέβη. Τέθνηκε δὲ ὁ Πίνδαρος, ἓξ καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγο-

Ad OEnomaum & Pelopem referunt, alij uerò Herculi attribuũt. quod & Pindarus testatur, illustrius reddẽs certamen. Quum enim Augiæ stabulum fimo purgasset, & promissa consequutus non esset: collecto numeroso exercitu, Augiam interficit, & Elide subiugata, quum spolia multa coegisset, certamen constituit ijs qui cum ipso militauerant. unde & consuetudinem permansisse. Nec uerò hæc constitutio mansit in ea quæ acciderat ipsi difficultate: (commemoratio autem erat) sed Iphitus quidem & Eurylochus quum Cirrhæos debellassent (hi autem erãt prædones oram maritimam Phocidis tenentes) ingentémque prædam coegissent, Iphitus Olympia, Eurylochus Pythia instituit: & ab hoc tempore permanere constitutionem contigit. Obijt Pindarus annos sexaginta sex na-

τῶς, ἢ (ὥς τινες) ὀγδοήκοντα, ἐπὶ Ἀβίωνος ἄρχοντος, κατὰ τὴν ἕκτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. ἀκροατὴς δὲ γέγονε Σιμωνίδου. Ὁ δὲ ἐπινίκιος οὗ ἡ ἀρχὴ Ἄριστον μὲν ὕδωρ, προτέτακται ὑπὸ Ἀριστοφάνους τοῦ συντάξαντος τὰ Πινδαρικὰ, διὰ τὸ περιέχειν τοῦ ἀγῶνος ἐγκώμιον, καὶ τὰ περὶ τοῦ Πέλοπος, ὃς πρῶτος ἐν Ἤλιδι ἠγωνίσατο. γέγραπται δὲ Ἱέρωνι βασιλεῖ Συρακουσίων, (αἱ δὲ Συράκουσαι πόλις τῆς σικελίας) ὃς καὶ κτίσης Αἴτνης ἐγένετο πόλεως, ἀπὸ τοῦ ὄρους αὐτὴν οὕτως ὀνομάσας. ἀποστείλας γὰρ [illegible] ἵππους εἰς Ὀλυμπίαν, ἐνίκησε κέλητι.

ΑΛΛΩΣ, ἐκ τῶν τοῦ Σουίδα.

Πίνδαρος Θηβαῖος, Σκοπελίνου υἱός· κατὰ δέ τινας, Δαϊφάντου, ὃ καὶ μᾶλλον ἀληθές. ὁ γὰρ Σκό-

tus, aut (secundùm alios) octoginta, sub archonte Abione, octogesima sexta Olympiade. fuit autem auditor Simonidis. Caeterùm triũphalis hymnus, cuius initium Ἄριστον μὲν ὕδωρ, primo loco positus fuit ab Aristophane, qui Pindarica in ordinem digessit: quòd certaminis laudes complecteretur, & Pelopis [mentionem faceret,] qui primus apud Elidem certauit. Inscriptus est autem Hieroni regi Syracusanorum, sunt autem Syracusae urbs Siciliae. qui & urbē AEtnā condidit, imposito ei à mõte nomine. Hic enim quum equos Olympiam misisset, celete [equo] uictoriam adeptus est.

ALITER, ex Suida.

Pindarus Thebanus, Scopelinī filius, secundumquosdā, Daiphanti: quod & uerius. nam Sco-

πελίνου ἐστὶν ἀφανέστερος, καὶ προσήκων Πινδάρου. τινὲς δὲ καὶ Παγωνίδου ἱστόρησαι αὐτόν. μαθητὴς δὲ Μυρτίδος γυναικός, γεγονὼς κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν πέμπτην ὀλυμπιάδα, κατὰ τὴν Ξέρξου στρατείαν, ὢν ἐτῶν μ΄. καὶ ἀδελφὸς μὲν ἦν αὐτῷ ὄνομα Ἐρωτίων, καὶ υἱὸς Διόφαντος· θυγατέρες δὲ, Εὔμητις καὶ Πρωτομάχη. συνέβη δὲ αὐτῷ τὸν βίον τελευτῆσαι κατ᾽ εὐχάς. αἰτήσαντι γὰρ τὸ κάλλιστον αὐτῷ δοθῆναι τῶν ἐν τῷ βίῳ, ἀθρόον αὐτὸν ἀποθανεῖν ἐν θεάτρῳ, ἀνακεκλιμένον εἰς τὰ τοῦ ἐρωμένου αὐτοῦ Θεοξένου γόνατα, ἐτῶν πε΄. ἔγραψε δ᾽ ἐν βιβλίοις ιζ΄, Δωρίδι διαλέκτῳ, ταῦτα, Ὀλυμπιονίκας, Πυθιονίκας, Νεμεονίκας, Ἰσθμιονίκας, Προσῴδια, Παρθένια, Ἐνθρονισμούς, Βακχικά, Δαφνηφορικά, Παιᾶνας, Ὑπορχήματα, Ὕμνους διθυράμ-

pelini [filius] obscurior est, & antiquior Pindaro. Sunt autem & qui Pagonidæ [filiũ] illũ scripserint. Discipulus fuit Myrtidis mulieris, natus circa sexagesimam quintam Olympiadem, tempore expeditionis Xerxis, annum agens quadragesimum. Frater ei erat nomine Erotio & filius Diophantus, filiæ autem Eumetis & Protomache. Accidit autem ei ut diẽ obiret per uotum. nam quum petiisset rem sibi dari qua nulla esset præstantior in uita, repentè ipsum interiisse [ferunt] in theatro, in Theoxeni amasii sui genua recumbentem, quum quinquagesimum quintum attigisset annum. Cæterùm scripsit libris septemdecim Dorica dialecto hæc, Olympionicas, Pythionicas, Nemeonicas, Isthmionicas, Prosodia, Parthenia, Enthronismos, Bacchica, Daphnephorica, Pæanas, Hyporchemata, Hymnos dithyram-

βοις, Σκόλια, Εγκώμια, Θρήνους, Δράματα τραγικὰ ιζ, Επιγράμματα ἐπικά. καὶ καταλογάδην, Παραινέσεις τοῖς Ελλησι, καὶ ἄλλα πλεῖστα.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΤΡΟφῶν, ἀντιστροφῶν τε καὶ ἐπῳδῶν.

Εκ τῶν παρεγγελμένων τῶν εἰς τὸν Πίνδαρον σχολίων.

Ιστέον ὅτι οἱ λυρικοὶ ἐν τοῖς ποιήμασιν αὐτῶν ἔχουσι τὸ στροφὴν, ἀντιστροφὴν καὶ ἐπῳδόν. καὶ στροφὴ μὲν ὅτι ἀπὸ τῶν δεξιῶν ἐστρέφοντο ἐπὶ τὰ ἀριστερά. ἥτις ἀναλογεῖ τῇ τοῦ παντὸς κινήσει, ἀπὸ τῶν ἀνατολικῶν ἐπὶ τὰ δυτικά. δεξιὰ γὰρ καλεῖ ὁ Ομηρος τὰ ἀνατολικά· ἀριστερὰ δὲ τὰ δυτικά. ἀντιστροφὴ δὲ, ὅτι ἐκινοῦντο ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν

bos, Scolia, Encomia, Lamētationes, Fabulas tragicas ſeptēdecim, Epigrammata epica: item ſoluta oratione, Admonitiones ad Græcos, aliáque plurima.

DE STROphis, antiſtrophis & epodis.

Ex prolegomenis ſcholiorum in Pindarum.

Sciendum eſt lyricos in ſuis poematibus uti ſolitos ſtrophe, antiſtrophe & epodo. Strophe, quum à dextris ad ſiniſtra ſe conuertebāt. cum qua [conuerſione] analogiam habet motus mundi ab orientalibus ad occidentalia. nam dextra uocat Homerus orientalia, & ſiniſtra occidentalia. Antiſtrophe autem [uſos fuiſſe] quum à ſiniſtris

ἐπὶ τὰ δεξιά. ἤ τινι ἀναλογεῖ ἡ τῶν πλανήτων κίνησις, ἡ ἀπὸ δύσεως εἰς ἀνατολάς. ἐπῳδῷ δὲ, ὅτι ἱστᾶντο ἐν ἑνὶ τόπῳ, καὶ ἔλεγον τὰς ᾠδάς. ἤ τινι ἀναλογεῖ ἡ στάσις τῆς γῆς. ἐχρῶντο δὲ καὶ δυάσι καὶ τριάσι, ὡς ἔστιν ὁ ποιητής, ἤγουν στροφῇ, καὶ ἀντιστροφῇ καὶ ἐπῳδῷ· ἢ στροφῇ μόνῃ καὶ ἀντιστροφῇ. πολλοὶ δὲ καὶ τετράσιν, ἤγουν στροφῇ, ἐπῳδῷ, ἀντιστροφῇ, καὶ πάλιν ἀνομοίᾳ ἐπῳδῷ. πεντάσι δὲ, ἤγουν, ἐπῳδῷ, στροφῇ, ἐπῳδῷ, ἀντιστροφῇ, ἐπῳδῷ· ἃ τινα ἐλέγοντο προῳδικά, ἐπῳδικά, μεσῳδικά, καὶ παλινῳδικά.

ΑΛΛΩΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ.

Ἐπειδὴ λυρικός ἐστιν ὁ Πίνδαρος, καὶ πρὸς λύραν ᾄδονται τὰ ποιήματα αὐτοῦ κατὰ τριάδας, στροφὴν, ἀντιστροφὴν, καὶ ἐπῳ-

ad dextra se mouerent. cui [motus] analogicè respondet motus planetarum, ab occasu ad orientem. Epode uerò, quum starent uno in loco, & recitarent odas. quae comparatur cum terrae stabilitate. Vtebantur autem & duernionibus & triernionibus, sicut hic poeta: uidelicet, strophe, antistrophe & epodo: aut strophe duntaxat & antistrophe. Multi etiam quaternionibus, nimirum strophe, epodo, antistrophe, & rursum dissimili epodo. Quinternionibus uerò, epodo, strophe, epodo, antistrophe eopdo. quae uocabantur prosodica, epodica, mesodica, & palinodica.

ALITER DE iisdem.

QVoniam lyricus est Pindarus, etiam ad lyram canuntur poemata eius per triernones, strophen, antistrophen & epo-

δόν. καὶ ἐκ κώλων τὰ μέλη συνίστα-
ται, πλὴν καὶ ὅσων καὶ ὁποίων ἡ στρο-
φή, ἐκ τοσούτων καὶ τοιούτων καὶ ἡ
ἀντίστροφος. ἡ δὲ ἐπῳδὸς ἀνόμοιός
ἐστι πρὸς αὐτάς· καὶ εἰκότως· ἐπὶ
κινουμένοις εἰς τὰ δεξιὰ τοῖς χορευ-
ταῖς ᾔδετο ἡ στροφή, εἰς δὲ τὰ ἀρι-
στερὰ ἐκ τῶν δεξιῶν ἡ ἀντιστροφή·
ἡ δὲ ἐπῳδὸς ἱσταμένοις διεβιβάζετο,
εἰς εἰκόνα τῆς τε τοῦ παντὸς κινήσεως
ἀπὸ ἀνατολῶν εἰς δυσμάς, τῆς τε
τῶν πλανήτων κινήσεως ἀπὸ δύσεως
εἰς ἀνατολάς, καὶ τῆς γῆς ἀκινη-
σίας. καὶ οὕτω μὲν ἡ τελαδικὴ με-
λοποιΐα κατὰ τὰς στροφὰς καὶ ἀν-
τιστρόφους, καὶ τὰς ἐπῳδούς. ταῦ-
τα δὲ ἐκ κώλων συνίσταται· τὰ δὲ
κῶλα μέτρον διάφορον ἔχουσιν ἐκ
ποδῶν συνιστάμενον.

dum: atque ex colis constant μέλη [id est carmina.] uerùm ex quot & qualibus strophe, ex tot & talibus antistrophe. At epodus dissimilis est illis. & merito quidē: quoniam dum se in dexteram partem moue rent saltatores, canebatur strophe: dum autem à dextra [se mouerēt] in sinistram, antistrophe. epodus uerò stantib⁹ traijciebatur, ad figu randum mundi motum ab orien te ad occidentem, & planetarum ab occasu ad orientem: & [ad figurandam] immobilitatem ter ræ. & talis quidem triplex melo pœia, per strophas, antistrophas & epodos. Hæc autem è colis constant: at cola uariam mensuram habēt, quæ ex pedibus constat.

PINDARI VITA, EX Lilii Greg. Gyraldi dialogo IX, De poetarū historia.

QVare iam ad Pindarum accedamus: qui, ut Fabius ait, longè inter nouem lyricos princeps. id quod & ex pictura facilè cognosci dabatur: augustiori enim specie quàm reliqui (quæ pictoris fuit industria) erat in tabula depictus. Floruit *uerò, ut scribit Eusebius, Pindarus LXXVI Olymp. quo tempore in scena florebat AEschylus, & Gelon tyrannus obtinebat Syracusas: uixitque usque ad tempora Hieronis, Gelonis fratris, ad quem & hymnos scripsit. Dinomeni enim filii quatuor fuere, Gelon, Hieron, Polyzelus & Thrasybulus. Alii quidem LXV Olympiade eum uixisse scribunt, quos inter suidas: sed hoc tempore natum putarim, illo uerò claruisse. Quo eodem tēpore Xerxes in Græciam ingentes illas copias terra marique ductabat, Pindarus tum XL annum agebat.*

Thebis utique natus, unde & Dir-

eaus cygnus uel olor à poetis nuncupatus est. Natum quidem eũ ait Stephanus in uico uel regiuncula Cynocephãlorum. id quod & ipsius poetæ commentatores affirmant. neque enim crassus aer semper incultos ac rudes homines profert. nam in eo natus Pindarus, lyricorum omnium fuit, ut Græcè dicam, ἐνδοξότατος. Patrem ut quidam scribunt Scopelinum tibicinem habuit, à quo ea arte primùm institutus fuisse traditur. Qui rem melius scrutati sunt, Pindarum aiunt Daiphanti filium. alii licet Pagonidæ & Myrtidos poetriæ dicant, quam & Myrtô uocatam ab aliquibus inuenio. Sunt qui eius discipulum scribant, nec Pagonidæ uxorẽ, sed cuius modò meminimus Scopelini: à quo Pindarus Laso Hermioneo lyrico poetæ erudiendus traditus fuit, qui nõ longè post magistrũ magno interuallo superauit. Non desunt inter scriptores qui Pindari matrem Clidicen nuncupent eundémque Daiphantum & Scopelinum fuisse: quod in Pindarum grãmatici obseruant. Fratrem habuit Pindarus Erotionem nomine. Duxit &

uxorem Timoxenam, ex qua filios tres sustulit, marem unum, Daiphantum: fœminas duas, Eumetin (quam Polymetin ab aliis uocatam lego) & Protomachen: quibus etiam in Pythionico quopiam hymno præcepit ut matri Deûm & Pani nocturna sacra facerent. his enim deos summa ueneratione ac pietate coluit, domũque possedit, deorum matri templo coniunctam. quod cùm ipse & Philostratus, tum ipsius quoque Pindari expositores planè ostẽdũt.

Nec minus quoque Apollini gratus fuisse dicitur, adeo ut eorum munerum quæ in ipsius dei templo offerebantur, μερίδα, *hoc est partem, à deo sibi assignatã acciperet, in diéque à sacerdote uocaretur ad cœnam. id enim apud Delphos Pythia ante prædixerat. Quare factum est ut nomen Pindari latè per omnem Græciam celebre haberetur. sed & apud reges & respublicas, non modò quũ in uiuis ageret, sed & post mortem gratum illum fuisse, historiæ probant. Nam quũ Thebas Alexãder (ut Arrianus & Plinius referunt) diriperet, Pindari uatis familiæ pena-*

tibúsque parci iussit. id quod & antea Lacedæmonios fecisse legimus, propter hãc in ipsiꝰ poetæ domo metro trochaico hypermetro factam inscriptionem, Πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὰν στέγαν μὴ καίετε, hoc est, Pindari poetæ tectũ ne cremate. quæ uerba ab Alexandro pro ædibus inscripta fuisse, Dion testatum reliquit. Præclara sunt ista profectò, Piso ait, Pindaricæ fidis præconia. Cui ego, Præclara inquam: sed quæ ab eo edita fuere, longè magis mihi illustria uidẽtur. Composuit enim ultra XVII libros, inter quos hi numerantur, qui nunc in omnium manibus & ore uersantur, Hymni in quatuor Græciæ certaminum uictores, uario carminum genere conscripti, ac periodi nomine celebrati. Reliqua eiꝰ scripta perierũt, Pæanes, Dithyrãbi, Scolia, Epitaphia, Encomia, Threni, Prosodia, Parthenia, Enthronismi, Bacchica, Daphnephorica, Hyporchemata, Dramata tragica. quæ & ab Hermogene, ubi de sermonis castitate agit, ualde celebrãtur. Scripsit itẽ epigrammata epica, & ad Græcos oratione soluta admonitio-

nes. Diuinam tamen hanc poetices facultatem in genesin transtulit Villius, uel (ut uulgò appellatur) Iulius Firmicus Maternus. natum enim esse Saturno in nono ab horoscopo loco constituto in Geminis: quæ genitura, (ut ipsius Firmici uerbis utar) diuinũ poetam lyrici carminis reddit, qui choreas Libero & rhythmos, sed & rara religiosi carminis modulatione componat. Atqui ego in eius potius studiũ & naturæ corporis habitum refero, quàm in astrorum coitiones motúsque. quæ omnia mira diligẽtia & facũdia uterque Picus, (pater scilicet, & magnus patruus huiusce nostri Pici pueri) refellerunt: & idcirco nos reliquum potius uitæ referamus. Pindarus igitur quũ adhuc in cunis esset infans, apis, tanquam in alueari, in ore ipsius mella & fauos deposuit. id quod & Platoni diuóque Ambrosio contigisse Græcæ & nostræ historiæ tradunt: diuinæ certè cuique suauitatis singulare præsagium. Alii uerò (inter quos Pausanias) prodiderunt, Quum adolescẽtulus esset Pindarus, æstiuoque tẽpore Thebis The

spias iret, æstu meridiano fatigatus, præ somno ac lassitudine paululum è uia declinauit: prostratúsque quũ dormiret, aduolantes ad eius os apes in labris mellificarũt. huius quoque rei mentio est in Græco quodã carmine, quod de uita Pindari inscribitur. Sed multo locupletius hanc rem in secundo imaginum scribit Philostratus, ubi elegantissimè Pindari imaginem effingit, uitámque perstringit. Sed enim iunior fuit Pindarus quàm Simonides, quem & aliquando audiuisse fertur: Corinnæ uerò æqualis à qua & aliquando in certamine uictus fuit, ut in eius imagine planiùs referemus. at Bacchylide senior fuit. Sed iam quæso attendite quod à Pausania proditum ei contigisse iam senescenti. Pindaro, inquit, per somnum Proserpinam deam obuersatam esse, & apud eum questam quòd cæteri quidem dei ab eo hymnis celebrati forent, solam se ab eo prætteritã: id uerò se facturum quum ad eam uenisset, pollicitus est Pindarus. at quum ante decimũ diem is diem obiisset, anui cuidam affini, quæ carmina persæpe

canere consuerat, per somnum astitit, hymnúmque in Proserpinam deam ille concinuit, quem illa experrecta statim exscripsit, & aliis concinendũ tradidit. Miraculum quidem hoc: at obitum illius iam Valerii Maximi uerbis referamus. Pindarus, inquit, quũ in gymnasio super gremium pueri, quo unicè delectabatur, capite posito, quieti se dedisset, non prius decessisse cognitus est quàm gymnasiarcho claudere eũ iam locum uolẽte, nequaquam excitaretur. Cui quidem, inquit, crediderim eadem benignitate deorum, & tantũ poeticæ facundiæ, & tam placidum uitæ finem attributũ. Hac Valerius. Sed par est audire & Plutarchum, quid de hac Pindari morte scribat in paramythica (id est cõsolatoria) oratione ad Apollonium. De Agamede, inquit, & Trophonio ait Pindarus, quũ in Delphis templum condidissent, eos mercedem ab Apolline petiisse: septima se die eis redditurum, deum promisisse: iussisseque interea eos epulari. Iis ita ut sibi iussum fuerat facientibus, septima demum nocte dum quiescerent, interi-

isse proditũ est, inquit: & ipsi Pindaro per eos qui à Bœotiis ad oraculum missi fuerant sciscitanti quid optimũ homini contingeret, promantin (hoc est est uatem) respondisse, id quod neque ipsũ lateret, siquid ipse de Agamede & Trophonio scripserit: idque si experiri uellet, non multo pòst illi manifestum futurũ. Itaque persuasum quæ ad mortem pertinerent cogitasse Pindarum, atque ita non multo pòst diem suum obiisse. Scribit & hoc Suidas, Quum petiisset Pindarus, inquit, ut quod optimum in uita esset sibi daretur, in theatro ei contigisse ut in genibus sibi dilecti pueri moreretur, annũ agens quintum & quinquagesimum: puero uero illi nomen fuisse Theoxeno legimus, qui ut Athenæus scribit, Tenedius erat. Leguntur & hodie Pindari uersus in hunc ipsum puerũ, quibus, se radiis ex illius facie prodeuntibus atque emicantibus, mirabiliter affici ait. Proditum est historia, Thebanis cum Athenienfibus dissidentibus, quũ Pindarus quodã suo carmine scripsisset, ὦ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι καὶ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλειναὶ Ἀθᾶναι, hoc est

ô infœlices & magnifica urbs Athenæ, à suis ciuibus Thebanis magna pecunia mulctatum fuisse: quod ubi Athenienses resciuere, auri tantundem ei restituerunt. Quum item aliâs fulcimentum ac sustentaculum Graciæ Athenas appellasset (hoc est ἔρεισμα Ἀθῆναι,) Laconem tum quendam statim subintulisse, citò Græciam funditus ruituram, si huiusmodi, inquit, fulciatur sustentaculo. Atque hæc quidem in præsentia de Pindaro.



